Quelle: https://manuscripta.at/?ID=792
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



ultime diebus istis locutus est nobis in filio
quem constituit heredem omnium: per quem fecit
et secla. Qui cum sit splendor gloriae et figura
substantiae eius portansque omnia verbo virtutis
suae purgationem peccatorum faciens. sedet ad dex
teram maiestatis in excelsis. tanto melior
angelis effectus in quanto differentius prae illis nomen
hereditavit. Cui enim dixit aliquando angelorum
filius meus es tu ego hodie genui te. et rur
sum ego ero illi in patrem. et ipse erit mihi
filium. Et cum iterum introducit primogenitum
in orbem terrae dicit. Qui facit angelos suos
spiritus: et ministros suos flammam ignis. Ad filium
autem. Thronus tuus deus in saeculum saeculi: virga
aequitatis virga regni tui. Dilexisti iustitiam
et odisti iniquitatem: propterea unxit te
deus deus tuus oleo exultationis prae participi
bus tuis. Et tu in principio domine terram fun
dasti: et opera manuum tuarum sunt caeli. Ipsi
pibunt: tu autem permanebis. Et omnes sicut
vestimentum veterescent. et velut amictum mu
tabis eos et mutabuntur: tu autem idem ipse es.
et anni tui non deficient Bz Videruntque